AUGUSTINUS. CLAUDIANUS MAMERTUS
Österreich (Admont ?), 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 53r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26897
Copyright: Admont, Benediktinerstift



53

s; ut concupiscentiam eius. i. consuetudine mala edomita faciat
spiritui subiugatum. quod naturalis ordo desiderat. Quia enim
hoc erit post resurrectionem ut corpus omnium cum quiete
summa spiritui subditum immortalitate uigeat. hoc igitur in hac uita
meditandum est. ut consuetudo carnis mutetur in melius nec
inordinatis motibus resistat spiritui. Quod donec fiat caro concu
piscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem. non potuit resisten
te spiritus; propterea quia magis quod diligit uult subditum
esse meliori. nec potuit resistente carne s; per consuetudinis uin
culum. quod apparentium igitur propagine inuetteratum naturae lege i
oleuit. Id igitur agit spiritus in domanda carne ut soluat malae
consuetudinis quasi pacta pulsa et fiat pax consuetudinis bo
nae. Iam nec isti qui falsa opinione depraua[illegible] corpora sua de
testantur. parati essent unum oculum sine sensu doloris amittere
et si in altero tantus cernendi sensus remaneret. quantus erat
in duobus. in aliquo res quae opponenda esset urgeret. Isto atque
huiusmodi documentis satis ostenditur. eis qui sunt pertinacia uerum re
quirunt. quam certa sententia sit apostolica. nemo umquam
carnem suam odio habuit. addidit et. s; nutrit et fouet eam. sicut
et xpc ecclesiam. Quod igitur diligendi praecipiendus est homo. i. quomodo
se diligat ut possit s. Quin autem se diligat et prodesse sibi uelit
dubitare demens est. Praecipiendum est et quomodo corpus suum dili
gat. ut ei ordinate prudenterque consulat. Nam quod diligat et
corpus suum id est salutem habere atque integrum uelit eque mani
festum est. Aliquid itaque amplius diligere potest aliquis quam salutem atque in
tegritatem corporis sui. Nam multi et dolores et amissiones non
nullorum membrorum uoluntarias susceepisse inuenuntur. s; ut
alia quae amplius diligebant salutem consequerentur. Non igitur propter
ea quisquam dicendus est non diligere salutem atque incolumita
tem corporis sui. qua plus aliquid diligit. Nam et auarus quamuis pe